



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 59. Ferdinandus Gallorum apparatu territus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

ea po-
metu
s Gal-
at,nec
itatem
dinan-
ublica,
ntifex
exte-
ntium
ne o-
mmuni
andam
nt, ac
certe
nacis-
am in-
s, post
arunt,
, nibi-
niines
labori-
gni li-
cipien-
s bello
egotio
, num
, qui
tolera-
egnum
escere
li pari
urium

juriū obtentū ad Siciliā quoque vi- Sæcul. XV.
tricibus armis procursuros. A C. 1493.

§. LIX.

*Ferdinandus Gallorum apparatu
territus*

Rex Neapolitanus, quamvis ingentem rerum, viriumque suarum fiduciam verbis jactitaret, re tamen ipsa imminētis periculi consideratio terrorem eidem incusit; accessit etiam memoria malorum, quibus eum, suumque Patrem Andegavensis ac Calabriensis Duces pene oppresserant, unde præsentire videbatur, quæ timenda forent, si ipse Galliarum Rex adversus eum agmen duceret. Enimvero nec panicus erat Ferdinandi timor; qua ratione enim, cum jam olim a memoratis Principibus regno suo exutus esset, nunc audeat repellere impetus juvenis cuiusdam Regis, qui ipius fortissimo exercitui imperans hoc unum destinatum habet, ut ei coronam eripiat, quam sibi jure deberi contendit? Quod demum auxilio fretus, Gallo resistat Ferdinandus, qui Nobilium invidiam in se concitavit, & tyrannide populos suos adeo oppressit, ut his nil magis sit in votis, quam ejus jugum excutere, cum interea is nullius Italiae Principis antīciam sibi polliceri potest, quos omnes la- cessivit,

Sæcul. XV. cessivit, aut bella illis denunciando, aut
A.C. 1493. dissidia inter eos spargendo, aut eorum
 subditos ad seditionem in suos Dominos
 commovendo? nec in ærario suo satis
 referto spem reponere poterit; hoc enim
 semel exhausto, unde novas acquiret sup-
 petias, Gallis Neapolin ingressis, omnem-
 que ipsi a regno opem præcientibus? (*)
 Enimvero Ferdinandus in hiscerum an-
 gustiis deprehensus consultissimum fore
 arbitrabatur, Gallorum iram placare. Nec
 deerat occasio; quippe Fridericus de Ar-
 ragonia secundo genitus ejusdem filius
 ex uxore sua Sabauda, quæ Caroli VIII.
 Materterá erat, filiam suscepit, eamque
 Ducissa Borbonii illius Patruelis in aula
 Franciæ educatam Scotorum Regi, qui
 ejusdem nuptias ambiebat, jungere me-
 ditabatur; unde decentiæ legibas con-
 sonum videbatur, ut in Galliis, ubi spon-
 sa agebat, ejusmodi festivitas celebra-
 retur.

§. LX.

(*) Tota hæc oratio delectabilius legere-
 tur in quodam Panegyrista assentationibus
 assueto, vel in quodam novellarum Scriptore;
 tedium vero parit Historiæ Ecclesiasticæ Le-
 ctoribus, qui sermonis gravitatem, facti veri-
 tatem, & ad eruditionem idoneas relationes
 exspectant. Ceterum susceptæ expeditionis
 successus harum rationum vim demonstrabat.